



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 76. Urbs Romana a Clemente XII. Papa magnifice exornata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1733.

undecima Julii diuturno morbo ab-  
sumpta Francisca Sibylla Augusta  
Bado - Badensis Marchionissa Etlingæ  
sequebatur: Romæ Mense Septembri  
infausto prorsus fato in flore juventutis  
suz occubuit Josephus Princeps Justi-  
niani, a quodam sicario in platea noctu  
trucidatus: Pariter vitæ suæ dies Gui-  
lielmus Ernestus Brandeburgo - Baru-  
thanus Princeps duntaxat ad vigesi-  
mum ætatis annum protraxit, Mantuzæ  
die septima Novembris mortuus; hunc  
biduo præcesserat Henrietta Churchil  
Marleburgi Ducissa, & Godolphini Co-  
mitis Conjux, Mensis vero sequentis die  
secunda Decembris Monachii Josephus  
Ludovicus Caroli Alberti Bavarizæ Ele-  
ctoris Filius quinquennis. His adjun-  
gimus Petrum Emanuelem Colon y  
Portugal Veraguasi & de la Vega Du-  
cem die quarta Julii anno ætatis quin-  
quagesimo sexto, Mariam Ducissam de  
Ormond Londini die trigesima Novem-  
bris & Mariam Ruffo Ducissam de Sora  
Mense Decembri mortuam.

## §. LXXVI.

*Urbs Romana a Clemente XII. Papa  
magnifice exornata.*

Interim summus Pontifex magnificen-  
tiam suæ indoli congenitam præfer-  
tim



Sæc. XVIII.  
A. C. 1733.

tim exerebat in exornanda Urbem  
mana; præprimis enim, ut latius  
Innocentiano foro pateret via, di-  
humilioribus domibus splendida  
curavit Palatia; arcum quoque  
Amphitheatrum Flavii Vespasiani  
in Caelium Montem iustr, vetustate  
minus quam incuria fatifcentem re-  
ravit, & antiquissimum hoc monu-  
tum, quod olim in honorem Cor-  
tini Magni ob insignem victoriam  
Maxentio per signum Crucis glo-  
reportatam erectum erat, a præ-  
ruina vindicavit. Antiquas etiam  
des, quæ *Consultæ* dicuntur, in  
Quirinali sitas, ad ampliorem  
atque elegantiore formam non  
maximis expensis reduxit, eodem  
ferme tempore, ut agrariæ rei  
positi majori cum commodo sum-  
nus obire possent, præstans ædifici-  
in Capitolio extruxit. In Laterano  
vero Basilica in honorem S. Andreae  
Corfini ex Ord. Carmelitarum Episcopi  
Fesulani, Gentilis sui, magnificen-  
simum ædificari curavit Sacellum  
quo sibimetipsi vivens posuit Mar-  
leum ex urna porphyretica, quæ  
porticu veteris Pantheon antiquissimam  
abhinc temporibus collocata erat.  
dem quoque Majores suos Nereos  
atque Petrum Cardinales ex sua Fam.



Corfiniana splendidis cenotaphiis deco- Sæc. XVIII.  
 ravit. Visebantur insuper Romæ in A. C. 1733.  
 præfato arcu rara antiquitatis artisque  
 monumenta, scilicet octo columnæ flavi  
 marmoris, necnon unius bello capti  
 militis statua & ceterorum captivorum  
 capita, ea vero, unamque ex his co-  
 lumnis, teste Paulo Jovio, Laurentius  
 Medices noctu per summam injuriam  
 abstulit, ac propterea a Maria Molza  
 Poeta longe celeberrimo apud Sena-  
 tum Romanum acri ac vehementi ora-  
 tione accusatus, demumque Roma pro-  
 scriptus est. Ea igitur, quæ tum de-  
 erant, omnia Clemens Papa restituit,  
 usus præcipue opera Petri Braccii illo  
 ævo haud contemnendi Sculptoris, si-  
 mulque aream prope eundem arcum  
 levavit, ne prospectus per interjectas  
 ædes ulla ex parte impediretur. Ast  
 illud adhuc maximo est argumento  
 non solum magnificentiæ, sed etiam  
 eximii, quo Clemens inclaruit, in in-  
 genuas artes & disciplinas studii, quod  
 cum per amplas ædes dextrorsum in  
 Capitolium ab Innocentio X. erectas,  
 elegantissime ornasset, insuper eodem  
 conspicienda intulerit signa, hermas,  
 thoremata, sarcophagos, epitaphia,  
 statuas, & id alia tam Græcæ quam  
 Romanæ antiquitatis reliquias, qua-  
 rum maximam partem a Cardinali Al-  
Hist. Eccles. Tom. LXXIV. Ee ba-



Sæc. XVIII. banio sexaginta aureorum millibus  
 A. C. 1733. merat. Hæc omnia ad literarum  
 utilitatem ac eruditionem delata  
 Locatellius pluresque alii, & prae-  
 pue Joannes Bottarius, qui hactenus  
 rem tria edidit volumina, & Cæsar  
 tis jussu etiam veterum ac Christi-  
 rum monumentorum imagines,  
 Bosius & Arringhius in Roma Sa-  
 ranea collegerant, tribus itidem  
 minibus eruditis sane ac operam  
 planavit.

## §. LXXVII.

*Scriptorum Religione Catholicæ  
 opera & obitus.*

Non pauci ex Scriptoribus Eccle-  
 sticis hoc anno vitæ suæ con-  
 summum confecerunt, quorum opera  
 referre, haud inutile erit: Ex his  
 est P. Michael le Quien eruditissimus  
 Ord. FF. Prædicatorum Scriptor  
 fiensis, & Collegii in platea S. Be-  
 rati Bibliothecarius, Vir in Hebræo  
 Græco & Arabico idiomate longè  
 satissimus, qui celebre sibi nomen  
 paravit nova editione Græco-  
 operum S. Damasceni, quam  
 1712. Parisinis literis excudi fecit,  
 que eruditas notas & dissertationes  
 jecit, tertius vero eorum tomus